



Georg 1483



Georgs-B.

<sup>4</sup>  
FVL MEN

IN VOTARIAM MONASTI-

cen. quod ea tuta conscientia possit  
& debeat relinqui, ad quendam  
magni nominis olim Ab-  
batem, nunc Christia-  
num.

PER VRBANVM RHEGIVM.

Matth. 15.

*Omnis plantatio, quam non plantauit pa-  
ter meus caelestis, eradicabitur.*

Magdeburgi apud Michaelē Lottherum.

M. D. XXXVII.

iii F.

**SEQVUNTVR ARGVMENTA** firmissima, quibus Monachus profertur, & Christiana libertas declaratur & confirmatur.

1 **Isaia. 29.** Frustra me colunt, docentes doctrinas, mandata hominum.

Hoc unicum fulmen totam Monasticen conterit & euertit funditus, Quia est status ex doctrinis & mandatis hominum, Ergo frustraneus & inutilis cultus. Christus autem non uult habere inuitiles cultores, sed ueros, qui colunt patrem in spiritu & ueritate, sicut inquit Ioan. 4. Veri adoratores adorabunt patrem in spiritu & ueritate.

Quis iam dubitat inutilia esse deferenda, utilia amplectenda, nisi quis uelit esse inutilis Dei creatura, Deum & uerbum Dei contemnere.

2 **Monastice non solum est inutilis, sed erronea & contra Christum, Ergo relinquenda sicut alia peccata.**

**Antecedens**

Antecedens  
ni ac De  
Lucæ. II. Q  
est, Qui n  
lam uide,  
hominum  
& post uo  
nunciat ea  
gnat cont  
cum Chris  
poteat dub  
contra Ch

Monast  
nes human  
linquenda

Antecedens  
trimonium  
doctrinae.  
trudens u  
& cibos, F  
cas.

Iam co  
qui hæc p  
futura, pra

VMEN,  
machatus  
na li/  
on-

t, docentes  
.

Monasti/  
, Quia est  
tis homi-  
ilis cultus.  
re inutiles  
patrem in  
Ioan. 4.  
patrem in

e deferen-  
uelit esse  
uerbum

utilis, sed  
go relin-

tecedens

Antecedens est uerbum Christi Domi-  
ni ac Dei nostri in aeternum benedicti,  
Lucæ. II. Qui non est mecum, contra me  
est, Qui non mecum colligit, dispergit.  
Iam uide, Monastice obtrudit præcepta  
hominum pro cultu Dei, tanquam utilia  
& post uorum necessaria. Christus pro-  
nunciat ea inutilia. Ergo Monastice pu-  
gnat contra Christum, & non colligit  
cum Christo, sed dispergit. Iam nemo  
potest dubitare, ea esse relinquenda, quæ  
contra Christum sunt.

Monastice non solum habet traditio-  
nes humanas, sed & diabolicas, Ergo re-  
linquenda. 3

Antecedens probatur. Prohibere ma-  
trimonium & cibos, sunt dæmoniorum  
doctrinæ. I. Timot. 4. Sed Monastice ob-  
trudens uota sua, prohibet coniugium  
& cibos, Ergo habet doctrinas diaboli-  
cas.

Iam considera quod Spiritus sanctus,  
qui hæc prædixit in ultimis temporibus  
futura, præmonuit nos, ut ab iis doctri-

A ij nis &

nis & erroribus fugeremus. Qui ab iis non fugit celerrime, spernit spiritum sanctum, uelut monitorem mendacem, quod est blasphemia. Sanctus Paulus. 1. Tim. 4. dicit, Spiritus autem certo loquitur, quod in posterioribus temporibus descendent quidam a fide, attendentes spiritibus impostoribus ac doctrinis dæmoniorum, per simulationem falsiloquorum, cauterio notatam habentium conscientiam, prohibentium contrahere matrimonium, iubentium abstinere a cibis, quos Deus creauit ad sumendum cum gratiarum actione fidelibus, & his qui cognouerunt ueritatem, quod quicquid creauit Deus, bonum sit, & nihil reiiciendum, si cum gratiarum actione sumatur. Sanctificatur enim per sermonem Dei ad precationem. Sanctus Ambrosius in hunc Pauli locum sic scribit. Quæ sibi spiritus sanctus futura reuelauerit, ad instructionem Ecclesiarum & cautelam non tacet (scilicet Paulus) ut præmonitæ Ecclesiæ sollicitæ sint, ne ab huiusmodi hominibus circumueniri possint. Quid enim tam clarum, tamq̃ apertum ad euitandos aut

*Nota certo.*

dos aut m  
strinæ per  
uoce præf  
rum falla  
dæmonio  
ius asseuer  
Diabolo  
sciretur.

In ultim  
sanctus, q  
prædicari  
quosdam  
Deo, cist  
sunt cont  
remias. 2.  
stum & a  
tutiones d  
ficient. Et  
rum, ne q  
apertis ue  
re coniug  
tem Deus  
quit, Et e  
cepit eis  
renturq̃.

Qui ab iis  
spiritum san  
ctum, quod  
1. Tim. 4.  
dicitur, quod  
descendent  
spiritibus  
dæmonio/  
quorum,  
conscien/  
tere matri/  
re à cibis,  
dum cum  
his qui co/  
quicquid  
il reiicien/  
e fumatur.  
em Dei ad  
us in hunc  
bi spiritus  
nstructio/  
non tacet  
e Ecclesie  
homini/  
quid enim  
d euitan/  
dos aut

dos aut magis condemmandos huius do/  
ctrinæ pestiferæ uiros potuit manifesta  
uoce præfari, nisi ut asseuerationem eo/  
rum fallacem ac simulatam doctrinam  
dæmoniorum nuncuparet, ut cum hu/  
ius asseuerationis sermones audiuntur, à  
Diabolo composita esse doctrina hæc  
sciretur. Hæc ille.

In ultimis temporibus, inquit Spiritus  
sanctus, quibus Euangelium magni Dei  
prædicari cœpit, exorturos esse homines  
quosdam, qui relicto fonte illo uiuo  
Deo, cisternas sequentur, quæ non pos/  
sunt continere aquam, ut Propheta Hie/  
remias. 2. loquitur, hoc est, à fide in Chri/  
stum & à uerbo Dei, ad humanas consti/  
tutiones & doctrinam dæmoniorum de/  
ficiunt. Et quidem doctrinam dæmonio/  
rum, ne quis dubitet quæ & qualis ea sit,  
apertis uerbis nominat, nempe prohibe/  
re coniugium, & cibos. Coniugium au/  
tem Deus ipse instituit Gene. 2. ubi in/  
quit, Et erunt duo in carne una. Et præ/  
cepit eis, ut unâ crescerent multiplica/  
renturq;. Ihesus Christus uerus Dei filius,

A iij

coniu.

conjugium tanquam patri gratissimum,  
sua presentia & quodam miraculo in  
Cana Galileæ honestavit atq; commen-  
davit. Spiritus sanctus, qui est spiritus ue-  
ritatis Ioan. 15. conjugii sanctimoniam  
confirmavit Heb. 13. Honorabile, inqui-  
ens, est inter omnes conjugium, & cubile  
impollutum. Scortatores autem & adul-  
teros iudicabit Deus. Cum igitur coniu-  
gium à condito mundo à Deo ipso in-  
stitutum atq; ordinatum, à Christo pri-  
mo ædito miraculo magnifice honora-  
tum, & à spiritu sancto confirmatum sit,  
bonum & uenerandum est conjugium,  
& omnibus hominibus liberum. Quis-  
quis autem aliter docet, blasphemia ad-  
ficit sanctam & uenerandam Trinitatem,  
& diabolicam doctrinam adfert. Sed  
Monastice conjugium prohibet, & dele-  
ctum ciborum habendum esse, contra  
uerbum Dei docet, Ergo in Trinitatem  
uenerandam est blasphema & diabolica.  
Quare fugienda, detestanda execrandaq;  
tanquam præsentissimum animarum  
uenenum.

†

Omne peccatum est uitandum.

Monastice

Monastice  
conflatus,

Minor p  
non ex fide,  
est ex fide,  
& mandatu  
Dei non est  
qui uitæ ge  
probatu(i  
quod non  
in perpetu  
um uestiun  
aut mensu  
bus obedin  
nuptias, &  
iubentur n  
scripturis e  
credere ea p  
bo Dei sint  
splicere De  
Heb. 11. Ergo  
Monastice.

Quicquid  
eius meritis



Monastice est status ex multis peccatis  
conflatus, Ergo relinqui debet.

Minor patet Roma. 14. Omne, quod  
non ex fide, peccatum est. Monastice non  
est ex fide, quia non habet pro se uerbum  
& mandatum Dei. Vbi autem uerbum  
Dei non est, ibi nulla potest esse fides. Et  
qui uitæ genus ingreditur, quod Deo non  
probat, (id genus uitæ Deo non placet,  
quod non habet mandatum Dei) is uiuit  
in perpetuis peccatis. Sic uestiri, nec ali-  
um uestium sumere habitum, hoc die  
aut mense abstinere à certis cibis, Priori-  
bus obedire, parentes deserere, abiurare  
nuptias, & alia Monachorum opera, nec  
iubentur nec consuluntur, nec habent in  
scripturis exempla, Ergo nemo potest  
credere ea placere Deo. Imo cum sine uer-  
bo Dei sint, & ideo sine fide scimus ea di-  
splicere Deo, cui nemo placet sine fide,  
Heb. 11. Ergo cum fiducia relinquenda est  
Monastice, ut status Deo displicens.

Quicquid directe repugnat Christo &  
cuius meritis, est erroneum, blasphemum  
A v & sine

issimum,  
raculo in  
ommen-  
piritus ue-  
moniam  
le, inqui-  
, & cubile  
& adul-  
ur coniu-  
o ipso in-  
risto pri-  
honora-  
atum sit,  
niugium,  
n. Quis-  
emia ad-  
nitatem,  
ert. Sed  
, & dele-  
, contra  
initatem  
abolicam.  
crandaq;  
umarum

m.  
Monas-

& sine dilatione relinquendum.

Talis est Monastice, Ergo

Maior notior est, quam ut probatione  
egeat. Minor probatur sic. Scriptura san-  
cta Christo & eius meritis uel operibus  
tribuit eam gloriam, ut sola iustitiæ Dei  
satisfaciant, peccata & mortem deleant,  
ab æterna damnatione liberent, quia  
ipse solus est noster redemptor, Per  
ipsum solum habemus remissionem pec-  
catorum, iustitiam & salutem, sicut se-  
quentia testimonia clare docent.

Isaia. 53. Ipse uulneratus est propter  
iniquitates nostras, attritus est propter  
scelera nostra. Disciplina pacis nostræ  
super eum, & liuore eius sanati su-  
mus.

1. Timoth. 2. Vnus Deus, unus etiam  
conciliator Dei & hominum, homo  
Christus Ihesus, qui dedit semetipsum  
precium redemptionis pro omnibus.

1. Ioan. 1. Sanguis Ihesu Christi filii  
eius emundat nos ab omni peccato.

1. Timo.

1. Timo  
quem mo  
quod Chri  
ut peccato

Roma  
tum. 1. Co  
Breuiter  
pars de C  
delet pecc  
& saluat, D  
Christus r  
tuus est r  
cruce r Q  
immacula  
Quid agu  
est r Illa r  
ergo impe  
dicere aliu  
illa recon  
nem pecca  
Iam si per  
sequimur  
ueniam &  
nostra ope  
uenta ab h

1. Timoth. 1. Certus sermo & dignus  
quem modis omnibus amplectamur,  
quod Christus Ihesus uenit in mundum,  
ut peccatores saluos faceret.

Roma. 3. 4. 5. Acto. 10. Hebrae. per to-  
tum. 1. Corinth. 1. Titum. 2. Galat. 1. 2. 3.  
Breuiter hæc est potissima scripturæ  
pars de Christo. Si enim Christus non  
delet peccatum, placat Deum, iustificat  
& saluat, Dicat mihi Monachus, Ad quid  
Christus missus est à patre? Cur mor-  
tuus est? Quid ualet eius sacrificium in  
cruce? Quid preciosus sanguis agni  
immaculati? Quid facit eius resurrectio?  
Quid agunt omnia quæ fecit & passus  
est? Illa non frustra facta sunt. Quid  
ergo impetrarunt? Non potest quisquam  
dicere alium fructum quàm ut homo per  
illa reconcilietur Deo, accipiat remissio-  
nem peccatorum, iustificetur & saluetur.  
Iam si per Christi opera & passiones con-  
sequimur reconciliationem, peccatorum  
ueniam & uitam æternam. Ergo non per  
nostra opera, uel præcepta à Deo, uel in-  
uenta ab hominibus, Sed Monastice hæc  
gloriam

robatione  
ptura san-  
operibus  
stitiæ Dei  
n deleant,  
ent, quia  
ptor, Per  
onem pec-  
, sicut se-  
nt.

est propter  
est propter  
cis nostræ  
sanati su-

nus etiam  
n, homo  
metipsum  
nnibus.

Christi filii  
ccato.

1. Timo.

Citech  
v. Regi

gloriam sibi & suis operibus adscribit, quia per hoc uiuendi genus uult seruire Deo, & ei satisfacere pro peccatis, Ergo repugnat Christo, & eius merita reiicit, Ergo est blasphemum & mox relinquenda. Nam iuxta uerba Petri. 2. Petri. 2. Christum negat.

6 A quibus nos Apostoli suis monitis absterrent, ea ut saluti contraria sunt relinquenda. Apostoli à sectis perditionis, quæ Christum negant, iubent cauere, Ergo eas debemus relinquere.

Maiores est nota. Minor est. 2. Petri. 2. Erunt falsi doctores, qui introducent sectas perditionis. Illæ sectæ negant Christum redemptorem. Et talis est Monastice, quia dum per opera propria uult iustificari & saluari, negat redemptionem per Christum factam, qua ipse nos redemit, & suo sanguine à peccatis mundauit, & propriis meritis iustificauit, Ergo est secta perditionis accelerans sibi celestem interitum. Iam quis dubitat ab interitu esse fugiendum.

Omnis

Omnis  
& abnegat  
cauendus.

Monastice

Minor  
& non habet  
sua opera.

tum curat

nat non ue

se à coniug

coniugio c

sed in mult

Castigat ca

& cruce ele

speciem &

bent finem

habent fine

expuro cor

non ficta, la

ritatem effi

pietas, qua

per opera qu

tem, Ergo fu

Iam dicat  
uota substan

Omnis status habens speciem pietatis  
& abnegans uiam eius est contra Deum &  
cauendus. 2. Timoth. 3.

Monastice est talis, Ergo

Minor probatur, quia simulat fidem  
& non habet fidem in Christum, sed in  
sua opera. Simulat charitatem, & tan-  
tum curat se & negligit proximum. Ieiun-  
nat non uere, sed mercenarie. Continet  
se à coniugio, sed opinione falsa, quod  
coniugio cultus Dei impediatur. Orat,  
sed in multiloquio sine intellectu & fide.  
Castigat carnem, sed ut multa mereatur,  
& cruce electitia. Omnia habent tantum  
speciem & nitorem pietatis, sed non ha-  
bent finem legis, id est, Christum, non *Roma. 10.*  
habent finem præcepti, id est, charitatem *1. Timot. 1.*  
ex puro corde, conscientia bona & fide  
non ficta. Iam scimus quod fides per cha-  
ritatem efficax, est nostra coram Deo  
pietas, quam abnegat Monastice, dum  
per opera quærit iustificationem & salu-  
tem, Ergo fugienda est.

Iam dicat mihi Monachus, utrum tria  
uota substantialia sint lex, uel non. Si re-  
spondet

Omnis

Czech  
Regi

spondet quod non, iam absoluit me à uotis, quia non ligant. Si sunt lex, iam omnia ea possum contra uotarias leges adducere, quæ Paulus differuit de lege & operibus eius in Romanis & Galatis. Si enim euacuati à CHRISTO sunt, qui in lege iustificantur, & à gratia exciderunt, Gala. 5. hoc est, si CHRISTVM & gratiam eius abiiciunt & negant, atq; ideo in peccatis suis manent, Ergo multo magis Christum reiiciunt, qui per hominum leges & adinventiones uolunt iustificari. Si ergo per uota uelle iustificari, impieras est, contra Christum, relinquenda sunt uota, & in libertatem Christianam redeundum.

Iam quilibet Christianus sibi etiam dictum credat, quod Spiritus sanctus Galat. 5. tam grauitè & serio admonet dicens. In libertate qua Christus uos liberauit, state, & ne rursus iugo seruitutis implicemini. Si sic nos Apostolus à lege Dei & operibus ad Euangelium Christi auocat, quomodo nunc nos à stultis hominum deuterofibus absterret, quas  
ubiq;

ubiq; tanto

Stat ut ritus sancti operibus le sti, in Rom

Ergo om cationis & f gio, sunt er ritum, & f Quis ergo conscientia

Non fa sti ex Psal. Quia uel u actiones & l plerunq; in accipitur, u in Iudaism nihil faciūt Deo dare, non est cuc agere. Vota ueamus iux

ubiq̄ tanto zelo condemnat :

Stat ut Marpessia cautes uerbum Spi- 9  
ritus sancti, Non iustificatur homo ex  
operibus legis, sed per fidem Ihesu Chri-  
sti, in Romanis & Galatis.

Ergo omnes aliæ uiæ parandæ iustifi-  
cationis & salutis, qualis est uotaria reli-  
gio, sunt erroneæ, ducunt recta ad inte-  
ritum, & sunt blasphemæ in Christum.  
Quis ergo piorum in eis manere tuta  
conscientia poterit ?

Non facit ad rem, quod hostes Chri- *Obiectio.*  
sti ex Psal. 75. citant, Vouete & reddite.  
Quia uel uota eo loco sunt gratiarum *Responsio.*  
actiones & laus Dei pro suis beneficiis, ut  
plerunq̄ in Psalmis, uocabulum uotum  
accipitur, uel sunt uota illa legalia olim  
in Iudaismo offerri solita. Vtroq̄ modo  
nihil faciūt pro aduersariis, quia laudem  
Deo dare, omnes Christiani debent. Et  
non est cucillum gestare, & Monachum  
agere. Vota legis nihil nos obligant. Vo-  
uamus iuxta uerbū Dei, & reddamus Deo,  
cui

oluit me à  
nt lex, iam  
tarias leges  
t de lege &  
Galatis. Si  
T O sunt,  
ratia exci-  
RISTVM  
egant, atq̄  
Ergo multo  
per homi-  
olunt iusti-  
iustificari,  
relinquen-  
n Christia-

s sibi etiam  
sanctus Ga-  
lmonet di-  
s uos libera-  
ruitutis im-  
solus à lege  
ium Christi  
os à stultis  
erretet, quas  
ubiq̄

cui in baptisate nos perpetuam seruitutem uouimus.

10

Præterea uoti baptismalis persolutio, non compatitur secum uota Monastica, quia in baptisate uouemus Christo nos & nostra, quod uelimus porro Euangelio credere & pie uiuere. Qui autem per uota sperat iustificationem, & non pure per Christum, ille non credit Euangelio, quod tam clare ubiq; clamat, Nos sola fide in Christum, non nostris meritis, sed gratia Dei iustificari, Ergo Papistice uouens non potest esse Christianus, & negat ea, quæ in baptisate uouit. Cogitur ergo alterutrum ex his uotis abiicere. Si sequitur uotum Monachorum, & relinquit uotum baptismi, tunc negat baptismum, So ist er ein abtrinniger verleugener Christ, das ist ein zwifachtigkeit. Si uult, ut debet, sub pœna æternæ damnationis seruare uotum baptismatis, tunc cogetur uota hominum reiicere, quia sunt incompatibilia, Ergo læto animo relinquenda sunt uota Monastica, & libertas Christiana est amplectenda.

Nulla

Nulla de  
excommuni  
tæ sententia  
abiicienda,  
go abiicent

Minor p  
Angelus de  
uangelium,  
mus uobis,  
solum nulli  
minico, Fra  
dem spiritib  
faciem semp  
aliam doctri  
dant, quã  
quod Euan  
sola fides in  
sericordia p  
hominem d  
& saluat, & c  
Christiano  
dam, cum pe  
ge, & ex mer  
tuito, quæcu  
commodi a



uam serui

persolutio,  
Monastica,  
Christo nos  
erro Euange-  
i autem per  
& non pure  
Euangelio,  
at, Nos sola  
meritis, sed  
apostolice uo-  
nus, & ne-  
uit. Cogitur  
abiicere. Si  
m, & relin-  
egat bap-  
ger verleug-  
chtigkeit. Si  
æ damna-  
matis, tunc  
licere, quia  
æto animo  
astica, & li-  
enda.

Nulla

Nulla doctrina per spiritum sanctum  
excommunicata excommunicatione la-  
ta sententiæ est Christiano tenenda, sed  
abiicienda, Monastica est huiusmodi, Er-  
go abiicienda.

11

Minor probatur Galat. 1. Si nos, aut  
Angelus de cœlo prædicauerit uobis E-  
uangelium, præter id, quod prædicau-  
imus uobis, anathema sit. Hic uides non  
solum nulli Benedicto, Bernharo, Do-  
minico, Francisco, sed ne Angelicis qui-  
dem spiritibus, qui tamen beatificam Dei  
faciem semper beati intuentur, licere ut  
aliam doctrinam Christi Ecclesiis obtru-  
dant, quàm Euangelium. Iam scimus,  
quod Euangelium ubiq; docet, Quod  
sola fides in Christum, ex mera Dei mi-  
sericordia per Christum in uerbo eius  
hominem digne & sufficienter iustificat  
& saluat, & quod nullo opere, nulla lege,  
Christiano opus est ad salutem meren-  
dam, cum per fidem liber sit ab omni le-  
ge, & ex mera libertate omnia faciat gra-  
tuito, quæcunq; facit, nihil quærens aut  
commodi aut salutis ( cum iam satur &

*Basis totius  
cause.*

B saluus



saluus sit gratia Dei, ex fide sua) sed so-  
lum beneplacitum Dei.

Sed Monastica doctrina est alia & di-  
uersa, quia doct. contrarium, scilicet, nos  
nostris bonis intentionibus, operibus &  
uotis iustificari, Ergo est excommunica-  
ta. Quare qui dubitat, an bona conscien-  
tia possit relinquere Monasticen, & liber-  
tate Christiana uti, Idem dubitat, an bo-  
na conscientia possit renunciare Diabo-  
lo, & mendaciis eius, quod est absurdo  
absurdus. Quod enim Monachi glori-  
antur suam uotariam superstitionem esse  
compendiariam uiam Euangelii, est men-  
dacium & blasphemia. Euangelium per  
se est compendiaria uia ad iustitiam &  
salutem Roma. I. Euangelium est poten-  
tia Dei, ad salutem omni credenti. Nul-  
lus sordidus cucullus potuit meliorem &  
breuiorem uiam ad salutem excogitare,  
quàm docuit spiritus sanctus. Et uide-  
mus uotariam doctrinam plane uerbo  
Dei, & fidei esse contrariam, ut ex supra-  
dictis liquet.

Adhæc

Adhæc li-  
nutenenda  
lat. 5. Illa n-  
tia libertas  
rum nostror-  
nullis open-  
operibus &  
in nulla no-  
tum hærea-  
meritis Ch-  
rari ab om-  
merita in-  
stianis dor-  
sola fides i-  
est ad iust-  
Monachu-  
non sunt  
mitti sin-  
Sed uota  
obmitti n-  
ergo facit  
nam liber-  
saria Chri-  
ciosissima  
quam si-  
Non licu-

fua) sed so-

alia & di-  
scilicet, nos  
operibus &  
ommunica-  
na conscien-  
cen, & liber-  
ditat, an bo-  
ciare Diabo-  
l est absurdo  
nachi glori-  
ationem esse  
gelii, est men-  
gelium per  
iustitiam &  
n est poten-  
denti. Nul-  
meliozem &  
excogitare,  
s. Et uide-  
plane uerbo  
ut ex supra-

Adhæc

Adhæc libertas Euangelica nobis ma, 12  
nutenenda est ex præcepto Apostoli Ga-  
lat. 5. Illa nihil aliud est, quàm conscien-  
tia libertas, quod ab opinione falsa ope-  
rum nostrorum plane libera est, persuasa  
nullis operibus nostris, sed solius Christi  
operibus & meritis nos iustificari, ita ut  
in nulla nostra opera confidat, sed tan-  
tum hæreat absolutissime in operibus &  
meritis Christi, per quæ sola potest libe-  
rari ab omnibus peccatis & malis, quæ  
merita in baptifmate sunt nobis Chri-  
stianis donata. Stat enim sententia, quod  
sola fides in Christum homini necessaria  
est ad iustitiam & salutem. Ergo quæ  
Monachus uouit, ad iustitiam & salutem  
non sunt necessaria. Ergo possunt ob-  
mitti sine periculo iustitiæ & salutis.  
Sed uotaria Monastice docet illa uota  
obmitti non posse sine mortali peccato,  
ergo facit ea necessaria contra Christia-  
nam libertatem. Est ergo impia & aduer-  
saria Christianæ libertati, quæ nobis pre-  
ciosissimo Christi sanguine parta est,  
quam si relinquis, non es Christianus.  
Non licuit tibi illam libertatem, quæ est

*Libertas  
Christiana.*

B ij diuini



diuini iuris per hominum statuta relin-  
quere, nisi simul uolueris Christum ne-  
gare, per quam etiam hominum traditio-  
nes sunt liberae, ut possint bona consci-  
entia derelinqui. Ad hanc libertatem ser-  
uandam reuocat nos etiam Apostolus  
Colof. 2. Si mortui estis cum Christo ab  
elementis mundi, quid quasi uiuentes in  
mundo decretis tenemini?

13. **Votum non est censendum, nisi quod  
pium est, & Dei præceptis consenta-  
neum. Monastica uota præceptis Dei  
sunt contraria. Ergo impia, & per conse-  
quens, non uota. Sic enim Eccle. 5. uult  
sapiens, Deo reddi quæ promissa sunt.  
Sed Deus non recipit quæ sunt contra  
uerbum diuinum. Ideo sapiens statim  
subiungit, Displicet Deo infidelis & stul-  
ta promissio. Qualis est promittere aut  
uouere paupertatem, cum interim nihil  
tibi desit, Castitatem, quæ non est in ma-  
nu tua, Obedientiam, quam alioqui iux-  
ta Euangelium debes maioribus à Deo  
constitutis. Vouere illa tria, est mera  
ignorantia Euangelii & impietas, quia  
Euan-**

*Iuxta Lati-  
nam uersi-  
onem.*

Euangelio  
mur ad pa  
Quid igitur  
unusquisque  
Deo, alius  
cui continen-  
specialiter  
impossibilis  
Paulus, Quo-  
trahant ma-  
nubere, qua-  
stulti & im-  
fruemur li-  
Hieronymus  
cent, Votum  
sibile, & in-  
ter Scholasti-  
detur cæteris  
dist. 28. pala-  
salutis uergit  
possunt, cum  
comites, Ius-  
sicut Iuram-

Certe se a  
datis contra-

tuta relin-  
istum ne-  
a traditio-  
na consci-  
ratem ser-  
Apostolus  
hristo ab  
iuentes in

nisi quod  
consenta-  
eptis Dei  
er conse-  
ele. 5. uult  
issa sunt.  
nt contra  
ns statim  
is & stul-  
trere aut  
rim nihil  
st in ma-  
oqui iux-  
as à Deo  
est mera  
tas, quia  
Euan-

Euangelico præcepto alioqui obliga-  
mur ad paupertatem & obedientiam.  
Quid igitur uouemus? Et cum. 1. Cor. 7.  
unusquisq; proprium donum habeat ex  
Deo, alius quidē sic, alius autem sic. Certe  
cui continentiae donum non est datum  
specialiter, huic uirginitatis uotum est  
impossibile. Ideo eodem loco subiungit  
Paulus, Quod si se non continent, con-  
trahant matrimonium, Nam melius est  
nubere, quam uri. Pœniteat nos igitur  
stulti & impii uoti, & cognita ueritate  
fruemur libertate per Christum parta.  
Hieronymus & Lyranus concorditer do-  
cent, Votum non esse, nisi quod est pos-  
sibile, & in honorem Dei cedit. Et qui in-  
ter Scholasticos plus spiritus habuisse ui-  
detur cæteris Bonauentura in. 4. senten-  
dist. 28. palam dicit, quæ ad dispendium  
salutis uergunt, sub uotum cadere non  
possunt, cum uotum debeat habere tres  
comites, Iustitiam, Iudicium, Veritatem,  
sicut Iuramentum.

Certe se ad ea obligare, quæ Dei man-  
datis contraria sunt, uergit in dispen-  
dium

B. iij

diū salutis . Sed talia sunt uota Mona-  
stica . Ideo non licite sunt facta , & non  
habentur apud Deum pro uotis . Igitur  
citra dilationem sunt reiicienda . Maior  
est nota . Minor probatur . Quia uota  
Monastica pugnant contra fidem in pri-  
mo præcepto . Nam docent opera quæ-  
dam contra fidem in Christum , quam  
suis doctrinis extinguunt . Pugnant con-  
tra honorem , laudem , & confessionem  
nominis diuini in secundo præcepto ,  
quia tribuunt sibi sanctitatem & uim de-  
lendi peccata , & ita non sanctificant no-  
men Dei , non dant gloriam Christo , sed  
suo nomini . Nam docent non in Chri-  
sti , sed in suo nomine peccatorem iustifi-  
cari , saluari , cœlum mereri , cum tamen  
aliud nomen non sit sub cœlo datum  
inter homines , in quo oporteat nos sal-  
uos fieri , quàm nomen Ihesu Christi Na-  
zareni , sicut sanctus Petrus Acto . 4 . clare  
nos docet . Pugnant contra gratiam Dei  
in nobis operantem , nos sanctificantem ,  
Et propria opera erigunt , quibus se san-  
ctificant . Verum sabbathum Deo non  
sabbatizant , quod est contra tertium præ-

ceptum  
contra ch  
quia in spi  
runt Mon  
quæ sua su  
proprias co  
proximos .  
gunt . Sem  
accipiendu  
Oriantur ,  
oria , bona  
tiloquia , ic  
tas , eiectiu  
paupertas  
Misis , & a  
hæc exam  
inueniunt  
pia , & pla

Iam exp  
monuerit  
diuturnos  
res nobis p  
hoc , ut cau  
est fugien  
munem C

ota Mona,  
sta, & non  
otis. Igitur  
da. Maior  
Quia uota  
dem in pri-  
ppera quæ-  
um, quam  
gnant con-  
nfessionem  
præcepto,  
a & uim de-  
ificant no-  
Christo, sed  
on in Chri-  
orem iustifi-  
cum tamen  
elo datum  
eat nos sal-  
Christi Na-  
cto. 4. clare  
gratiam Dei  
tificantem,  
ibus se fan-  
n Deo non  
tra tertium  
præ-

præceptum. Pugnant etiam uota illa  
contra charitatem in secunda tabula,  
quia in spiritualibus & secularibus quæ-  
runt Monachi, non quæ proximi, sed  
quæ sua sunt, habent propria merita,  
proprias coronas, suo uentri consulunt,  
proximos, imo proprios parentes negli-  
gunt. Semper habent manus extensas ad  
accipiendum, nunquam ad dandum.  
Otiantur, nemini profunt Monachorum  
otia, bonæ intentiones, orationum mul-  
tiloquia, ieiunia crapulosa, spurca casti-  
tas, electiua obedientia, diues & pinguis  
paupertas, commentitius cultus Dei in  
Missis, & aliis electitiis operibus. Omnia  
hæc examinata ad amussim uerbi Dei,  
inueniuntur stulta, inania, erronea, im-  
pia, & plane uerbo Dei aduersaria.

Iam expende quàm serio nos scriptura  
monuerit ultimorum temporum, quàm  
diuturnos, portentosos & efficaces erro-  
res nobis prædixerit. Idq; proculdubio in  
hoc, ut caueamus, Ergo hoc uitæ genus  
est fugiendum, & redeundum ad com-  
munem Christianæ uitæ professionem,  
extra

extra quam nemo saluatur. Si spiritus sanctus nos non præmonuisset Matth. 5. 1. Timoth. 4. 2. Timoth. 3. 2. Thessalo. 2. 2. Pet. 2. 1. Ioan. 2. 4. Daniel. 12. certe longitudo temporis, sanctitas, eruditioque hominum, & speciosa hypocrisis hominum, nos retinerent in errore. Verum iam post graues spiritus sancti admonitiones, non solum essemus somniculosi, sed ne Christiani quidem, si nos non expergefacerent horrenda tonitrua uerbi Dei, quæ nos iubent cauere à Pseudoprophetis & erroribus ultimi seculi. Et nihil curare multitudinem & claritatem hominum aut temporis diuturnitatem, Es heisst, Verbum tuum Domine lucerna pedibus meis, nicht Verbum humanum.

14 Saxum pectus habet, quem non contremefacit grauissima Pauli sententia. 1. Corin. 3, Fundamentum aliud nemo potest ponere, præter id quod positum est, quod est Ihesus Christus. Hic nihil obscure concludit Paulus, nullum aliud fundamentum esse iustificationis, quam fidem

fidem in Christum in spiritum sanctum omnia stitiam, sanem, uitam quam tuto inferorum psto omnes runt, quod cepturus sit diderit in eu

Nonne I uerbis Dei. M quasi ignis & tram ?

Certe hæ totam Mo uotis & stud damnant & ut sunt certi torum ædifi nosa, super i

Nonne P à uotis & M



Si spiritus  
Matth. 5.  
heffalo. 2.  
certe lon-  
ruditione  
sis homi-  
e. Verum  
admoni-  
niculofis,  
s non ex-  
rrua uerbi  
seudopro-  
i. Et nihil  
tatem ho-  
tatem, Es  
ne lucerna  
m huma-

non con-  
tentia. f.  
nemo po-  
ositum est,  
hil obscu-  
aliud fun-  
is, quam  
fidem

fidem in Christum. Nos enim per Chri-  
stum in spiritu sancto accepimus & habe-  
mus omnia à Deo patre, sapientiam, iu-  
sticiam, sanctificationem, redemptio-  
nem, uitam, salutem. Hæc est petra, super  
quam tuto ædificatur Ecclesia aduersus  
inferorum portas Matth. 16. Huic (Chri-  
sto) omnes Prophetæ testimonium fe-  
runt, quod remissionem peccatorum ac-  
cepturus sit per nomen eius, quisquis cre-  
diderit in eum Acto. 10.

Nonne Ieremias cap. 23. recte dicit de  
uerbis Dei. Nunquid non uerba mea sunt  
quasi ignis & quasi malleus conterens pe-  
tram?

Certe hæc Pauli uerba ex Corinthiis  
totam Monasticen cum omnibus suis  
uotis & studiis, omnes sectas & iustitarios  
damnant & cõterunt. Si enim uera sunt,  
ut sunt certissime, profecto omnium uo-  
torum ædificatio conuincitur irrita, rui-  
nosa, super harenam posita.

Nonne Paulus Roma. 16. absoluit nos <sup>15</sup>  
à uotis & Monasteriis, quando dicit, Ob-  
C secto

ⲛⲟⲩⲁ.

secro nos fratres, ut consideretis eos qui  
dissidia & offendicula præter uel contra  
(utruncq; enim præpositio ⲛⲟⲩⲁ significat)  
doctrinam quam uos didicistis, gignunt,  
& declinetis ab illis. Nam qui eiusmodi  
sunt, Domino Ihesu Christo non serui-  
unt, sed suo uentri, & per blandiloquen-  
tiam & assentationem decipiunt corda  
simplicium.

Obsecro quis Apelles suo penicillo sic  
expresserit hominis faciem, ut hic spiri-  
tus sanctus Monachos. Inspice uitam &  
sermonem eorum, & experieris. Nam si-  
mulant miram lenitatem, patientiam,  
modestiam, sermones eorum sunt com-  
positi ad demulcendas aures. Vita &  
conuersatio eorum ostentant mirabilem  
sanctitatem & patientiam, cum reuera  
spiritualiter omnium sint superbissimi,  
habentes spiritum compunctionis. Ob-  
secro quibus blanditiis & promissioni-  
bus alliciunt Monachi homines in suum  
ordinem uel seruandum uel locuple-  
tandum. Hic promittitur incolumitas  
in uita, claritas in fama, prosperitas in  
seculo, deniq; uita æterna Monasticæ  
uitæ

uitæ cultro  
omnia sunt  
mera men  
te dices, ha  
nam Pauli  
uult alio fa  
eorum pie  
dei plane  
tem Paulu  
ones illas,  
Minime. S  
nos ab eis  
uangelicæ  
ue ne tibi  
sancti, deci  
lantem co  
uerbo con  
cia relinq  
sub Papat  
ditionis &  
per scriptu  
Sathanam  
pater men  
teritum, i  
Angelos l  
cauere, ne

etis eos qui  
uel contra  
& significat)  
is, gignunt,  
eiusmodi  
non serui-  
ndiloquen-  
diunt corda

enicillo sic  
ut hic spiri-  
ce uitam &  
is. Nam si-  
patientiam,  
sunt com-  
es. Vita &  
mirabilem  
cum reuera  
perbissimi,  
tionis. Ob-  
omissioni-  
nes in suum  
el locuple-  
ncolumitas  
osperitas in  
Monasticæ  
uita

uitæ cultoribus & honoratoribus. Et  
omnia sunt hypocritica ostentamenta &  
mera mendacia. Vide doctrinam, & cer-  
te dices, hæc sunt præter & contra doctri-  
nam Pauli Euangelicam. Quilibet ordo  
uult alio sanctior haberi, & tamen omnis  
eorum pietas stat in nugis externis. Fi-  
dei plane nulla est mentio. Quid au-  
tem Paulus dicit: Iubet ne intrare religi-  
ones illas, ut satisfaciamus pro peccatis?  
Minime. Sed grauissimo præcepto iubet  
nos ab eis tanquam à deceptoribus & E-  
uangelicæ doctrinæ hostibus fugere. Le-  
ue ne tibi uideatur hoc præceptum spiritus  
sancti, declinate ab illis. Quis tam uacil-  
lantem conscientiam habet, quæ non hoc  
uerbo confirmetur, ut secure & cum fidu-  
cia relinquat Monasteria, qualia nunc *Monaste-*  
sub Papatu sunt, nempe uoragines per- *ria sub Pa-*  
ditionis & scholæ Antichristi. Nonne *patu uora-*  
per scripturam iubemur uigilare contra *gines per-*  
Sathanam, eumque ut hostem fugere, quia *ditionis &*  
pater mendacii est, quo nos ducit ad in- *scholæ An-*  
teritum, ita & eius ministros, qui se in *tichristi.*  
Angelos lucis transformant, iubemur  
cauere, ne nos à fide abstrahant, & à

C ij ueritate

ueritate in mendacium alliciant & abducant. Iam iudica tu, an ille qui scripturis obediens est, & mendaces cum mendaciis deserit, agat contra Deum uel non. Imo agit ut filius lucis, cur igitur in recte, id est iuxta Dei mandatum, factis trepidaret eius conscientia?

Nonne blasphemia in Euangelium & mendacia sunt, docere quod religiones & Monasticae sint uita sancta longe supra praecepta Dei. Fingunt enim illa stupida animalia uentris se omnia praecepta seruare, & super hæc etiam seruare consilia Euangelica. Hinc gloriantur se habere merita supererogationis, qua abominatione nulla alia est abominabilior. Nam fidei iustitiam Satanicis illis erroribus penitus obscurarunt in Ecclesia.

Item diabolicum est docere quod Monachatus sit status perfectionis. Vbi opinio pestilentissima inoleuit, illas factitias religiones esse supra communem uitam Christianorum. His errorum portentis factum est ut laicus, etiam si erat in matrimonio

trimonio in  
um, & in  
bat, tamen  
tum esse f  
stum, & fib  
ritis ad con  
catorum, iu  
qui tot fun  
tot ampla  
rum unus q  
rum, quam  
quatuor Du  
quotannis  
florinorum  
decim mili  
rum singuli  
florinorum

Iam coll  
abominati  
fces.

Monastic  
fidem in Ch  
Monastic  
mis facit co  
Monastic

trimonio irreprehensibilis, timebat De-  
um, & in sua uocatione fideliter serui-  
bat, tamen persuasum habuit, suum sta-  
tum esse statum mundanum, imperfe-  
ctum, & sibi opus esse Monachorum me-  
ritis ad consequendam remissionem pec-  
catorum, iustitiam & salutem. Vnde alio-  
qui tot foundationes prouenirent: Vnde  
tot ampla & opulenta Monasteria: quo-  
rum unus quotannis plus habuit aureo-  
rum, quam omnes plebani in tribus aut  
quatuor Ducatibus. Noui Abbatem, qui  
quotannis habet decem & octo milia  
florinorum, noui alium qui habet duo-  
decim milia florinorum. Et multos quo-  
rum singuli habent quinq; uel sex milia  
florinorum quotannis.

Iam colligas in unam sentinam omnes  
abominationes Monastices, & inhorre-  
sces.

Monastica uota fiunt extra & contra  
fidem in Christum.

Monastice ex præceptis Dei rigidissi-  
mis facit consilia.

Monastice se supra communem Chri-  
stianorum

C iij

iant & ab-  
qui scriptu-  
cum men-  
Deum uel  
ur igitur in  
tum, factis

ngelium &  
religiones  
longe su-  
m illa stu-  
nia præce-  
am seruare  
oriantur se  
onis, qua  
dominabi-  
tanis illis  
t in Eccle-

quod Mo-  
Vbi opi-  
las factitias  
em uitam  
portentis  
rat in ma-  
trimonio

Christianorum uitam, imo supra uitam Christi, Mariæ & Apostolorum effert, & uocat se uiam perfectionis & compendium ad salutem.

Monastice ipso facto negat Christum & reiicit Dei gratiam, erigit cum Iudæis propriam iustitiam, Dei iustitiæ non uult subdi, aduersatur uerbo & præceptis Dei, fidei & charitati. Libertatem Christianam pessundat. Mercenarios & Ismaelitas facit. Exemplo suæ pestiferæ Hypocriseos multos à ueritatis uia abducit.

Monastice contra scripturas perpetua uota obrudit, uoti conditiones spernit, quæ sunt, ut uotum sit licitum, non contra Deum, ut habeat conditionem exceptæ obedientiæ Dei & parentum & charitatis proximi, ut non sit impossibile. Hæc omnia Monastice impia, non considerat, non obseruat, & ex Christianis Idololatrias facit. Breviter, non est minima pars efficacis illusionis, quam. 2. Thessa. 2. Apostolus ultimis temporibus prædixit. Et tota nihil aliud est, nisi error & impietas.

Hæc

Hæc cum  
tam expre  
mnet, eoq  
impium, ob  
tui sancto  
dubitation  
sti, Sati  
pestem pie  
cissimam  
re, ac uiue  
tum. Cur  
in sancto  
Nonne T  
ei, qui co  
dam forn  
suam ux  
peccasti.  
rabile est  
stus nemi  
adulteros  
decimono  
bum hoc.

Apostol  
uxores. C  
bus propo

tam Chri-  
ert, & uo-  
pendium

Christum  
um Iudæis  
bitiæ non  
y præceptis  
tem Chri-  
rios & Il-  
pestifera  
s uia abdu-

s perpetua  
es spernit,  
, non con-  
nem exce-  
um & cha-  
npossibile.  
, non con-  
Christianis  
n est mini-  
quam . 2.  
temporibus  
t, nisi error

Hæc

Hæc cum ita sint, & spiritus sanctus  
tam expressis uerbis Monasticen da-  
mnet, eoq; nos ab ea absoluat, nisi cæci,  
impii, obstinati esse uelimus, qui spiri-  
tui sancto resistamus, debemus certe sine  
dubitatione sub pœna æterni maledi-  
cti, Satanicam uotorum seruitutem, ut  
pestem pietatis relinquere, & ad dul-  
cissimam Christianam libertatem redi-  
re, ac uiuere iuxta donum nobis colla-  
tum. Cur igitur non lata conscientia  
in sancto coniugio uersaris, uir optime?  
Nonne Tuba Euangelii clangit, Veh  
ei, qui contempserit. Propter uitan-  
dam fornicationem unusquisq; habeat  
suam uxorem. Si duxeris uxorem, non  
peccasti. Hebræ. 13. Coniugium hono-  
rabile est inter omnes. Spiritus san-  
ctus neminem excipit, Scortatores &  
adulteros iudicabit Deus. Et Matthæi  
decimonono, Non omnes capiunt uer-  
bum hoc.

Apostoli, inquit Ignatius, habuerunt  
uxores. Cōiugium scriptura liberū omni-  
bus proponit, prohibitionem eius uocat  
C iij                      diaboli-

diabolicam doctrinam. Exempla uete-  
ris Ecclesiæ factum nostrum corrobo-  
rant. Quare ruptis traditionum uinculis  
insultabimus Phariseis nostri seculi, uer-  
bis Christi Matth. 15. Quare transgredi-  
mini præceptum Dei, propter traditio-  
nem uestram? Omnis plantatio, quam  
non plantauit pater meus cœlestis, eradi-  
cabitur. Et cum Christus dicat, Obmitti-  
te illos, duces sunt cæci cæcorum, obe-  
diamus Christo magistro nostro, quem  
pater iussit audire, & confugiamus à Pa-  
pistica seruitute in asylum uerbi Dei, ubi  
tentationum procella insurgente satis  
superq; tuti erimus.

Hæc breuiuscula, domine & frater in  
Christo semper obseruande, stans & ob-  
ambulans rapui uerius quàm scripsi, quæ  
etsi non sint magno artificio digesta, fir-  
ma tamen & inconcussa sunt, quibus niti-  
tuto potest conscientia tua aduersus  
omnes tentationum insultus. Chri-  
stus nobis Euangelii fidem au-  
geat ad gloriam nominis  
sui, A M E N.  
Lunoburgi in Saxonibus.

VR

RHE

Lud

P

quàm pluri-  
turpiter à M  
rum omnia  
dau & ad  
fuerit Mich  
tere libe  
datur

Lac

V



# VRBANVS

RHEGIVS IOANNI PAVLI

Ludiliterarii Cellæ Saxonum

præfecto, Salutem in  
Domino.



**P**RVDENTER egisti, amice  
optime, quod meum ful-  
men in Monasticen non edi-  
disti absq; meo consilio. Sca-  
tebat enim libellus mendis  
quâmplurimis, ut mirer quomodo tam  
turpiter à Monachis fuerit uitiatuſ. Ve-  
rum omnia exacte ad archetypon emen-  
davi & ad prælum paravi. Tuum nunc  
fuerit Michaeli Lotter typographo mit-  
tere libellum, ut meo nomine excu-  
datur. Proderit enim propter  
Laconicam breuitatem.

Vale fœliciter Cellæ

Saxonum in ui-

co florum,

25.

Maii

Anno. 37.

C .

# VENERA

BILI IN CHRISTO DOMINO  
Henrico Bilemanno, ordinis Francisci  
fratri, conuentusq; Minoritarum in  
Stathagen Gardiano, suo do-  
mino & amico charissimo  
plenam Ihesu Christi  
cognitionem ex-  
optat.



N ACCIPE TAN-  
dem, mi Domine ob-  
seruande, in uotariam  
Monasticen scriptum  
illud D. Urbani Rhe-  
gii, domini ac patris  
nostri reuerendissimi,  
quod, ut tibi mitterem, tantopere à me  
efflagitasti. Ex hoc autem clare cogno-  
sces, quid te atq; tui similes sentire oport-  
teat de hoc genere uitæ, in quo uersaris, &  
quod tanquam statum perfectionis ac  
compendiariam uiam ad promerendam  
iustitiam & salutem prædicatis, sed falso  
& impie contra apertissima scriptura-  
rum

tum testin-  
am me ta-  
te uero lat-  
esse, cum t-  
uera religi-  
sacrarum  
sticen imp-  
licta Mon-  
Euangelic-  
ferres, cur  
tem uide-  
quibus te  
nabar, nu-  
resq; me-  
quàm quo-  
steq; uiue-  
nus culpa-  
libellum,  
Rhegius t-  
riam Mon-  
firmissima  
rationes, q-  
debas ui-  
quam statu-  
quere, &  
nam, præc-

**A**  
O M I N O  
Francisci  
arum in  
o do  
mo  
ti  
  
E T A N  
omine ob  
uotariam  
scriptum  
bani Rhe  
i ac patris  
endissimi,  
opere à me  
are cogno  
ntire oport  
o uerfaris, &  
fectionis ac  
merendam  
is, sed falso  
scriptura  
rum

tum testimonia, sicuti in hoc libello, etiam me tacente, tibi uidere licebit. Non te uero latere arbitror, iam fere biennium esse, cum tecum de Christiana doctrina ac uera religione conferrem, & quibusdam sacrarum literarum argumentis Monasticen improbarem, adhortarerq; ut relicta Monastice redires ad libertatem Euangelicam, sed nescio quid causæ adferres, cur id facere non liceret. Mihi autem uidebaris, quod meis rationibus, quibus te à uita Monastica auocare conabar, nullam fidem adhiberes, cense resq; me iuuenem indigniorem esse, quam quod te senem, rationem bene recteq; uiuendi docerem, & tuum uitæ genus culparem. Quare placuit mihi hunc libellum, cui doctissimus uir Vrbanus Rhegius titulum fecit, Fulmen in uotariam Monasticen, ad te mittere, ut uideas firmissimas atq; irrefragabiles scripturæ rationes, quod tuta conscientia possis & debeas uitam tuam Monasticam, tanquam statum Deo displicentem, derelinquere, & redire ad libertatem Christianam, preciosissimo Christi sanguine no  
bis

Q. Tech  
M. Reg

bis partam . Diligenter expendas quaeso  
singula huius libelli argumenta , &  
facile elucescat tibi ueritas. Va-  
le, & crede, non mihi, sed  
ueritati Euangelicae.

Cellæ Saxonum

28. Maii.

Anno

1 5 3 7.

T. Ioannes Pauli.

MAGDEBURGI EXCVDEBAT

MICHAEL LOTTHER,

M. D. XXXVII.


das quaeso  
enta, &  
s. Va  
ed

nes Pauli.

EBAT  
R,



Creche  
in Rom



Citeck  
v. Reg


IO  
B R I  
ris S

M. Luti

In hoc  
w















Catechis  
Vv: Regij





4  
FVL MEN

IN VOTARIAM MONASTI-  
cen, quod ea tuta conscientia possit  
& debeat relinqui, ad quendam

PER

Om  
ter

Mag



iiij F